

tempus deberet recompenfari. Ita accipi-  
endo redditum debet recompenfari, quia  
etiam ex redditu alium redditum trahis,  
ideo in simplici redditum hoc non tenet vt  
dictum est, sed tantum solutio currit pro  
tempore possessionis pecuniæ.

His visis & bene discussis erunt 4. modi  
vel enim census simplex est, vel recompen-  
fatio simplex, & in his duobus operaberis  
simpliciter, veluti dixi superius vel meritum  
est ad caput anni & tunc facies meritum  
pro annis completis, po-  
nendo menses pro anno  
vno. & serua, deinde huic  
toto adde etiam meritum  
deficientium mensium, ea-  
dem ratione, & duc pri-  
mum meritum in seipsum,  
& diuide per secundum,  
quod exit est summa quæsi-  
ta, exemplum volo prome-  
reri libras 100. ad 20. pro  
100. pro annis 2. mensibus  
6 primo promerearis pro  
annis 3. completis, fiunt  
 $172 \frac{4}{5}$ , & hoc est primum  
meritum, deinde vides quod  
menses 6. deficiunt à com-  
plemento anno per alios 6.  
menses capio igitur menses  
6. qui residui sunt ad com-  
plendum annum tertium & ita si fuissent  
anni 2. menses 4. caperem menses 8. & vt  
breuiter dicam residuum. Igitur promerebo  
 $172 \frac{4}{5}$ , per menses. 6. ad 20. pro 100. &  
fiunt  $190 \frac{2}{25}$ , duc igitur  $172 \frac{4}{5}$  in se fiunt  
 $29859 \frac{21}{25}$ , diuide pro  $190 \frac{2}{25}$  exeunt  $157 \frac{1}{11}$ ,  
quod est dicere libras 157. solidos 1. num-  
mos 9.  $\frac{9}{11}$ , & hic est sen sus Fratris Lucæ,  
licet litterâ videatur corruptâ, & modus  
incertus quem ipse dedit.

Quod si compensatio sit ad caput anni,  
tunc fac econuerso promerere menses def-  
ficientes, deinde à toto compensationem  
per sigulos auferes annos, & residuum est  
quod quæris.

Exemplum volo compensare libras 100.  
ad 20. pro 100. per annos 2. menses 9.  
tunc menses deficientes à tribus annis sunt  
3. cum igitur compensatio sit ad caput anni  
vt supponitur promerere simpliciter per re-  
gulam in tribus mensibus, fiunt libræ 105.  
nam 3. menses sunt quarta pars anni, igitur  
compensa libras 105. ad 20. pro 100. ad  
caput anni, & hoc est vt dicas si 105. fit  
 $125 \frac{1}{4}$ , igitur compensando dices si  $125 \frac{1}{4}$ ,  
fit 105. quid fiet 105. vel facilius dic si 5.  
fit 6. compensando 6. fit 5. tunc duc 105.  
in 5. fit 525. diuide per 6. exit  $77 \frac{1}{2}$ , & hoc  
pro anno vno, deinde iterum duc  $87 \frac{2}{7}$  in  
5. fit  $437 \frac{1}{2}$  diuide per 6. exit  $62 \frac{11}{12}$ , &  
hoc erit pro duobus annis duc etiam  $72 \frac{11}{12}$   
in 5. fit  $364 \frac{7}{12}$ , diuide per 6. exit  $60 \frac{53}{27}$   
& tot fiunt, potuimas & in preceden-  
ti modo abbreviare opus hoc modo sed  
noluimus, vt intelligeres fundamentum  
regulæ, non est enim opinio in facilitate  
sed in dando rationem, quia ea intellectum  
mille supersunt modi facilitandi opus, vt in  
exemplo dicto nunc.

Eadem autem rationes fient quin meri-  
tum aut compensatio fierent ad capita men-  
sium: tunc enim comple capita sicut in an-  
nis fecisti deinde operare compensando in  
meritis vel promerendo in compensationi-  
bus, per tempus quod de est ad complemen-  
tum temporis capitum completorum.

Et autem quidam modus compensandi  
per practicam, in simpli compensatione  
quem hic describo, & hoc per exemplum  
vniuersale: volo compensare simpliciter li-  
bras 117. ad 10. pro 100. pro annis 2. men-  
sibus 3. primo quidem vt dictum est pro-  
merebor libram. 1. ex regulis positis & fiet  
 $1 \frac{11}{20}$ , duc in 117. fiunt  $181 \frac{7}{20}$ , subtrahe  
capitale & fit  $64 \frac{7}{20}$ , pone igitur capitale  
superius, & meritum infra, & considera  
qualis portio sit meritum ipsius capitalis,  
& vides quod  $\frac{11}{20}$ , pones igitur  $\frac{11}{20}$  lucri sub  
eo, & sunt vt vides libræ 35. solidi 7 num-  
mi 10. & huius etiam summæ  $\frac{11}{20}$  & fient  
omnes vt vides, deinde subtrahe inferiorem  
à superiore. atque residuum à superiore,  
vsque ad capitale, & quod relinquitur est  
compensatum ex libris 117. ad 20. pro 100. in  
annis 2. mensibus 3. deduco igitur primo 1.  
ab 3. fit 2. deduco 2. ab 6. fit 4. deduco 4.  
ab 11. fit 7. & ita re-  
linquitur compensatum

	lib. 117. solidi.
tandem libræ 75. solidi	64 7. nummi
9. denarij siue nummi	35 7. 10
8. & hoc idem fit alio	19 9. 3
modo deducendo 117.	10 14. 0
in se fit 13689. diuide	5 17. 8
per $181 \frac{7}{20}$ , exeunt li- bræ 75. solidi 9. nummi	3 4. 8
8. quare &c.	1. 15. 7
	19. 7

His intellectis debes  
scire quod quatuor sunt  
consideranda capitale,  
& lucrum, & tempus,  
& prouentus idem dico  
de compensatione & ex  
his cognitis quibuslibet  
tribus cognoscitur quar-  
tum, exemplum ponam  
vt dictum est quod  
quis dicat compensari  
libras 117. simpliciter ad  
20. pro 100. per annos  
2. menses 3. & prouene-  
runt libræ 75. & solidi  
9. nummi 8. residuum  
autem ad 117. fuit  
illud quod fuit compen-  
satum in illo tempo-  
re, tunc habes quatuor  
capitale & est libræ 117.  
lucrum vel damnum &  
est 20. pro 100. tempus  
& est anni 2. menses 3.  
prouentus & est libræ  
75. solidi 9. nummi 8.

igitur quibuslibet tribus ex his cognitis,  
cognoscitur quartum verum tamen cum  
ponimus capitale ignotum quæstio est ex-  
traordinaria: & soluitur per positionem,  
reliquæ tres in quibus aut tempus, aut lu-  
crum, aut prouentus, sunt ignota: sunt  
ordinarie, fiunt & alix sex quæstiones in